

IN TEXTUS POENITENTIALES,
 Quatvor Dierum Solemnum precum.

ANNI 1684.

BREVES DISPOSITIONES HOMILETICÆ

Die I. (a. d. II. April.)

CONCIO I.

Parasceve, Malach. 1: v. 11. elegans est Prophetia de amplitudine Ecclesie in N. T. & simul de cultu per *sacrificia*: ut Levitica sacrificia jam in N. T. sublata sunt, *Hebr. 10: v. 1. seqq* itaq; *spiritualia* offerenda. De quibus in textu primo, primi dici: agnoscamus ergo gratiam Dei quod nos ad *occidentem* habitantes, quotannis excitet verbo suo, & S. R. M:ti mandato: *Votum, ut hic dies sacrificii felix sit, &c.*

TEXTUS *Psal. 141: v. 1, 2, 3, 4.*

Exord. *Jon. 1. v. 16.* commemoratur *timor Dei* e periculo mortis, & quia vere conversi sunt a cultu idololatrico, *verl. 5.* ideo commoti erant timore Deo grato, *Psal. 147: v. 11.* Timoris a. effectus est, (1.) *sacrificij oblatio*, ita expresse Prophetia testatur: sacrificium autem tunc in presenti a nautis oblatum, fuit cor *contritum* & *Spiritus afflictus*, *ps. 51: v. 19.* nec non *Sacrificium laudis*, *Psal. 107: v. 22. 32* (2.) *voti nuncupatio*: in Hebr. & *voverunt vota*: peculiaris signa effectaq; gratæ suæ mentis ob acceptam benignam e periculis liberationem, talium *votorum rationem* vide *Deut: 23: v. 21, 23. Eccles. 5: v. 3, 4. Nabum, 1: v. 15. Exempla, Gen. 28: v. 20. I. Sam. 1: v. 11. Psal. 66: v. 13, 14. & 116: v. 14. 18* Nos haud ita pridem tempestate & variorum malorum fluctibus agitati, *Psal. 42: v. 8.* etiam proximo elapso anno, ac presentibus temporibus non plane sine periculo fuimus aut sumus. Proinde ut præ concessa tranquillitate & multigena benedictione, vota Deo persolvamus, ac, ut gratiam suam porro nobis largiatur, *Sacrificiū* per Jesum illi acceptis, dies hocce poenitentiales inchoemus; ita e textu considerabimus

Christianorum Sacrificia,

Et quidem 1. Quid sint? 2 Cui offerenda?

& 3. Quid simulorandum, expectandumq;

Votum, Psal. 119: v. 108.

Abrogatus jam est cultus Leviticus cum apparatu suo, ast non ra-

182
60 in N. Test. e. Psal. 1. in lacris & ritibus fit allusio & excitatio ad fidem & virtutes Christianas, ex. gr. *Sacerdotium Regale*, 1. *Petr.* 2. v. 9. *propitiatorium*, *Rom.* 3: v. 25. *Zion & Hierusalem*, *Heb.* 12. v. 22. *primitiæ*, *Jacob.* 1: v. 18. *Circumcisio*, *Coll.* 2: v. 11. *Ast Sacrificij* vox & notio ferè frequentissima, itaq; Rex ac Propheta David (*Act.* 2: v. 30.) nos docet *Qualia sint Christianorum sacrificia*.

I. Quid proprie sacrificij nomine venit, abundantissime patet *Levit. Cap. 1. & 1. & seqq.* multisque locis aliis, *metaphorice* autem ad non pauca refertur. Hic autem duo illà voce indigitat Psaltes, (a) *Laudes Deo decantandas*, ita in titulo *En Psalm David* / encomium est Davidis, *Psalmos* composuisse, 2. *Sam.* 23: v. 1. Ac hoc opus ejus jucundissimum pariter ac frequentissimum, *Psal.* 45: v. 2. *Syr.* 47: v. 9. 10. 12. & Nonnulli per *Psalmos* intelligunt *hymnos* ad organa Musica cantandos & per, *baschirim*, *cantilenas*, *Wüßer*: strictioris modulaminis voce decantandas, utrumque David in gloriam Dei adhibuit, *Pf.* 95: v. 2. & 96: v. 1. & 98: v. 1. 5. *Conf. Col.* 3: v. 16. Vocantur autem *sacrificia* pio ac devoto corde prolata *laudes*, ut in *exordio* dictum: adde *Pf.* 54: v. 3. & 116: v. 17. *Hif.* 14: v. 3. *NB.* *Hebr.* 13: v. 15. (b) *Preces Deo offerendas*: quæ & alibi sacrificijs comparantur, *Es.* 56: v. 7. *Apoc.* 5: v. 8. & 8: v. 3, 4. Precum vero synonyma h. l. sunt (1) *Clamor*, *Jagh ropar til tigh* / hoc modo David sæpius precandi propositum indicat; *Pf.* 17: v. 6. & simul intentionem, fervoremque orandi voce sonora, *Pf.* 22: v. 3. & 39: v. 14. vide enarrat. *Psalter. vernacul.* in h. l. (2) *vox orantis*, *min Röst* / e corde procedat oratio, *Deut.* 4: v. 29. v. *Pf.* 145: v. 18. fed & voce pia in auribus Dei sonet, *Pf.* 3: v. 4. *Joël.* 2: v. 17. & c. (3) *Invocatio Dei*, *Åtallat tigh* / *Pf.* 91: v. 15. & c. (4) *Oratio*, *min Bön* / supplex ac humilis, *Pf.* 143: v. 1. (5) *manuum elevatio*, v. 1. *Händers vphäfvande* / est devotè & ardentè orantis symbolum, *Exod.* 9: v. 29. 1. *Reg.* 8: v. 22. quo confitebantur pij se *Patrem in cælis* invocare, 1. *Chron.* 30: v. 11. *Matth.* 6: v. 9. seqve ut fontes & reos coram Deo sistebant, *Dan.* 9: v. 4, 5. ac si protensis manibus opem Dei excipere vellent de cælis, 1. *Reg.* 8: v. 30, 39. *Thren.* 1: v. 17. Has suas preces Psaltes commendat Deo, nomine (a) *incensæ*, *Röstvärck* / de quo, *Exod.* 30: v. 34. seqq. erat sacrum illud thymiana, quod in ipso tabernaculo sive templo *quolibet mane* accendebatur, *Exod.* 30: v. 7, 8. cur autem huic comparantur preces, causæ adferri solent variæ, inter quas hæ sunt præcipuæ: quod preces ut incensum à Deo mandatæ, secundum voluntatem Dei fiant, 1. *Job.* 5: 14. indefinenter, 1. *Thess.* 5: v. 16. ad Altare summum, *Heb.* 13: v. 10. hoc est in nomi-

182

22
Manuum elevatio

ne Christi, *Job. 16. v. 23.* aromata quoque e quibus miscebatur, *Exod. 30. v. 34. 35.* pulchrè devotæ orationis naturam exprimunt: est oratio sanans ut *Balsamum*, pura ut *stacte*, venena pellens ut *Galbanum*, confortans ut *Thus*. (b) *oblationis vespertina*, Hebr. affons spjis offer. respicit, dubio procul, ad sacrificium jube, quod quotidie offerebatur, *Exod. 29. v. 38. 39.* *Num. 28. v. 2. 8.* *Oblationis* autem sive *Mincha* speciatim mentionem facit, non solum quod adesse omnino debuit holocausto vespertino, *2. Reg. 16. 15.* sed & quod Deus ad illud vespertinum *Mincha*, gratiæ suæ signa exhibere consuevit, *1. Reg. 18. v. 36.* *Dan. 9. v. 21.* Pij quidem Patres & hoc respici credunt, quod Christus sacrificium consummatissimum, *Ephes. 5. v. 2.* *Hebr. 10. v. 14.* Circa mundi vesperam sit oblatus, *Gal. 4. v. 4.* *Hebr. 1. v. 2.*

Ufus, hic increpationibus & monitis dirigendus ad auditores, si in cultu segnes sunt, in laudibus Dei & orationibus tepidi, si corde duri, corpore impuri, ac vita perversi sunt, &c.

II. *Cui offerenda?* Deo unice ac summo: Etenim mox ab initio Psalmi, ut in omnibus ad Dominum, se convertit, *v. 1.* quod repetit, *v. 3.* & eleganter, *v. 8.* in te *Domine, Domine, &c.* (*amplificari hoc potest ex doctrinis ad præcept. 1. Decalogi.*)

Ufus, omne id damnandum quod venerationem atque fiduciam providentiæ Divinæ aut minuit aut tollit, Jer. 17. v. 5. &c.

III. *Quid simul orandum sperandumque.* videl. (1) *exauditiõ prompta, stynda-forñim!* properationem rogat, ut ostendat auxilii summam necessitatem ac virium suarum defectum, *Pf. 38. v. 23 & 70. v. 2, 6, 7. & 71. v. 12 & 79. v. 8. &c. vid. Concion. I. die 4. 1677.* (2) *favor efficac, min Wöðin gälle!* vox Hebræa id indicat, ut spiritu Dei adjuvante sit oratio pij bene disposita, grata & constans in conspectu Dei, *Rom. 8. v. 15, 26, 27.* sic *Act. 10. v. 4.* *Judith. 9. v. 18.* (3) *Custodia à verbis pravis, v. 3.* Hebr. pone o Domine custodiam ori meo & observacionem (pone) juxta ostium labiorum meorum. Ita quod sibi serio proposuit, *Pf. 39. v. 2, 3.* hoc à Deo emphaticis verbis petit, *Prov. 10. v. 1.* ne vel impatientia vel temeraria petitione Deum offenderet, *Eccles. 5. v. 1.* (4) *Abductio ab operibus malis, v. 4.* bögh icke! *ic. h. e.* ne permittas cor meum a diabolo, mundo & carne mea seduci in rem ullam malam: *ad operandum operationes in impietate cum viris operantibus iniquitatem.* cor, fontem & radicem malorum, *Matth. 12. v. 34. 35. & 15. v. 19.* custodiri orat, *Jac. 1. v. 13, 14.* ne à viris autoritate pollentibus, eumque minis vel blanditiis corrumpere volentibus, in consortium pra-

Abductio ab operibus malis oranda

varum actionum traheretur. *Psal. 1: v. 1. & 16: v. 4, 5.* sed Societas bonorum delectaretur, *Psal. 119: v. 63.* (5) *Præservatio a concupiscentijs illicitis.* ne vescar delicijs, sive sœuibus impiorum cibi, *Psal. 119: v. 110. &c.*

Ufus, Hæc præratione Ecclesiarum diduci possunt, ac redargui corrupti quorundam hominum peruersorum mores. *claud. voto ex Syr. v. 4, 5, 6. add. Psal. 51: v. 20, 21.*

Iterum habet a die Ser. CONCIO II. et 1734

Parasc. *Psal. 40: v. 6. vid. enarrat. vernac. Psalt. part. 3. pag. 249.* & amplificetur ex opere creationis, *Psal. 139: v. 13-16.* beneficiæ redemptionis, *Gal 4: 4* & ex gratia providentiæ, *Psal. 4: 4 &c.* ipsum confirmatur è textu præscripto. *Votum.*

TEXTUS *Jer. 18: v. 11.*

Exord. *Luc. 7: 35.* h. e. *fideles omnes genuini filij sapientia, Prov. 1: v. 7. Job. 1: v. 2. Justificant,* h. e. *amant & extollunt sapientiam Dei, h. e. Christum sapientiam hypostaticam, Prov. 8: v. 1. 1 Cor. 1: v. 24.* Inter filios Dei, *Jeremias a vera sapientia edoctus,* ad mirabilem Dei gubernationem etiam in puniendis castigandisque inobedientibus veneratur, ideo in capit. 18. prolixè, & v. 11. summam non docet quod

Castigatio populi Dei, sit

1. *Sapiens,* 2. *Potens,* 3. *Justus.* *Votum*

Profundæ sapientia regimen, quamq; potenter & iuste Deus cuncta agat, oculari ac vulgari re & similitudine demonstrat Spiritus Dei, Jer. 18: v. 1. usq; ad v. 7 elucet autem in poenarum irrogatione.

1. *Admirabilis sapientia Dei:* quam miro modo declarat in immittendis, aggravandis, & temperandis poenis; deducit autem nos in eius considerationem similitudine ab aurifabris, *Esaj. 48: v. 10.* & hic *figulo, Jer. 18: v. 6.* sapientiæ autem testimonia sunt (α) in verbo *format, itaq; bereder/* Deus ut *fozer,* singulari arte *format:* idem vocabulum *v. 2, 3. Esaj. 44: v. 10. &c.* ac de Deo, *Gen. 2: v. 19. Esaj. 43: v. 1, 7, 21. & 45: v. 18. &c.* malum vero quod hic format Deus, est *malum poenæ,* *Dispositio* quod Deus ob peccata immittit: vel plagas infligendo, *de quo v. 7.* vel felicitatem retrahendo; *de quo v. 9, 10.* proinde ne fortuito quis aut suas aut aliorum ærumnas venire putet, dicit Deus *se formare malum,* h. e. singulari sapientia dirigere, ut *hoc illove tempore, hoc illove modo, hac illave mensura,* poena immitatur, *Jer. 30: v. 11. Confer 2. Chron. 12: v. 7, 8.* *provid*

*Lucius in fine capituli ubi
dicitur quod Deus format
malum castigationem &c. Ser. 20.*

videt in gloriam nominis sui, inque emendationem Ecclesiae & aliorum
id omne vergere, Prov. 16. v. 4. 5. (L) in Phrasi octidactyl. Hebr.
& cogitans super vos cogitationes, usitata locutio de operibus & factis
artificiosis, Exod. 31. v. 33, 35. & Dei sapienti gubernatione circa fe-
licitatem Josephi, Gen. 50. v. 20. nec non de malorum inflictione, Jer.
48. v. 2. & 49. v. 30. pariter hoc ostendit quomodo Deus sapientissime
judicia sua castigatoria exercet, Esa. 31. v. 8.

U^{usus}, sapientia Dei venerationem providentiae ejus in nobis excitet,
& simul metum ac timorem Dei, in puniendo etiam exercet Deus sa-
pientiam suam: non caeco furore agit: sunt equidem res delectabiles,
de quibus usitatissime dicitur, quod a Deo sint paratae, e. g. mensa nutri-
ens, Ps. 78. v. 19. cibus, etiam avibus, Hiob. 39. 3. Regnum Dei gratia,
Psal. 96. v. 10 ac gloria, Matth. 23. v. 34. inque hoc mansiones, Job.
14. v. 2. ac super omnia Thronum suum, Ps. 9. v. 8. 510. 19. imo Chri-
stus lux parata, Luc. 1. 30, 31. Ast ea quoque divina preparationi adscri-
buntur, quae tristitia sunt, e. g. plaga, Prov. 19. 29. calamitas, Hiob. 18. 12.
fovea, Psal. 94. 13. etiam ignis inferni paratus dicitur, Matth. 25. 41.
ideo ut evitemus mala, nanciscamur bona; etiam corda nostra ad Deum
preparemus, Psal. 57. 8. & sincere nos ad Deum convertamus, ut pars
altera hujus textus postulat, alias tam certo nobis paratum malum, ac Ha-
mano, Esb. 7. 7. D. ex pag 446

II. Potentia irresistibilis, hanc in puniendo ostendit Deus: ac-
ensam quippe iram ejus nemo effugere potest, Nab. 1. 4, 5, 6. tremen-
da est, Heb. 10. 30, 31. Et haec in textu nostro denunciatur, nam castigan-
di propositum est (1) universale adversus totum regnum Juda, Ea
sagh. Hebr. Et nunc, dic itaque viro Jude &c. h. e: ad unumquemque
virum, ita ad aetates diversas & status omnes comminatio dirigitur,
Jer. 11. v. 22. nemo irae Dei resistere potest, Ps. 2. v. 5, 12 & 21. 10 & 76.
v. 8. &c. (2) Potentia summa, ea namque est totius contextus & vocis
Hebr. tozer ratio, cum ex v. 6. non saltem Dei irresistibilem potentiam
circa regnorum plantationem & everisionem v. 7. 9. probant; sed quod
& potestatem arbitriumque habeat Deus fingendi & refingendi omnia
quae ad hominem spectant, Prov. 1. 7. Ezek. 18. 4. quod etiam fano & or-
thodoxo sensu omnino spectant, Esa. 45. v. 9. & 64. v. 8. Rom. 9. v. 20, 21.

U^{usus}, jam anni sunt aliquot, ex quo hic textus sc. 1er. 18. v. 9-13.
die penitentiali, Ecclesiae in patria propositus est, videl. 1670. die 2. Conc.
I. integrum lustrum sive per 5. annos distulit Deus potentis suae poenae
instrumentum, gladium vastantem, jam per tot fere annos, rursus pace

De Bealed
et Ardiab

De Bealed
et Ardiab
1670. die 2. Conc.
I. integrum lustrum
sive per 5. annos
distulit Deus potentis
suae poenae instru-
mentum, gladium
vastantem, jam per
tot fere annos, rursus
pace optata

De Bealed
et Ardiab
1670. die 2. Conc.
I. integrum lustrum
sive per 5. annos
distulit Deus potentis
suae poenae instru-
mentum, gladium
vastantem, jam per
tot fere annos, rursus
pace optata

De Bealed
et Ardiab

De Bealed
et Ardiab
1670. die 2. Conc.
I. integrum lustrum
sive per 5. annos
distulit Deus potentis
suae poenae instru-
mentum, gladium
vastantem, jam per
tot fere annos, rursus
pace optata

436.
optatā gavisi sumus, ac denuo peremptoria hæc comminatio nobis denunciatu verbis Prophetæ, per piā & providā Regis nostri augustiss. curam, itaqve recordemur prioris afflictionis & cogitemus quā dure nos castigavit Deus: Ast gloriosam rursus reddidit pacem, cavemus ne denuo iritemus justitiam Dei, ne cogamur experiri potentiam ejus castigantem, conf. Conc. II. diei 3. Anni Anni 1681. *vid. Appl. pag. 398. 400.*

III. *Justitia irreprehensibilis.* sunt iusta omnia Dei iudicia, *Deut. 32: v. 4. Ps. 119: v. 137. & 145: v. 17.* Verum & hic justitiam suā punitivā comprobāt in textu, severo ad pœnitentiā monito, tum ut vitent mala, therfore wände sigh--onda Wäsende/ Hebr. à via sua prava, tum ut sectentur bona, och bätter re. hoc ipso demonstrat Deus se neminem innocētem damnare, *Exod. 34: v. 7.* adeoque castigationes & pœnas omnes in impœnitentes esse justissimas, *Thren. 1: v. 18. Dan. 9: v. 14. Apoc. 16: v. 5.* Sit autem pœnitentia (1) *universalis*, hvar och en/ *Es. 55: v. 7.* (2) *tempestiva*, cum Deus hasteliga talar v. 7. tunc & nos hasteliga bätterom oss/ *Ps. 95: v. 8.* (3) *seria aversione à malo*, per contritionem, confessionem & fugam mali, *Prov. 28: v. 13.* & *conversione ad Deum*, per fidem & veram pœnitentiā, *Act. 26: v. 18.* ipso opere conspicuā, *Matth. 3: v. 8. vid. Conc. II. Die 4. 1680. vid. pag. 285.*

Uusus: Est omnino comminatio validum ad pœnitentiā incitamentum, *vid. Conc. I. diei. Anno 1681. ad Deut. 7: v. 9, 10. vid. pag. 412.*

CONCIO III.

Parasc. Ezech. 3: v. 10. Verbi Dei virtutem textus tertius tradit, idēque monitum, *Ezech 3: v. 10.* nobis necessarium: præmittatur votum, *Psal. 119: v. 10, 11.*

TEXTUS *Psal. 56: v. 11, 12.*

E*Xord. Hebr. 4: v. 12.* receptissima & verissima sententia est, hic agi de verbo *πενοφοεινω*, verbo Evangelico, dicitur hoc *vivum, Ioh. 6: v. 63. Phil. 2: v. 16. efficac, Rom. 15: v. 16. penetrans, &c.* gladio alibi comparatur, *Ephes. 6: 17. Conf. Esaj. 11: v. 4. & 49: 2. Apoc. 2: 12. &c.* Solatij plena sunt ea verba, non minus ac textus hic piis animis esse debet. Agitabantur dum hic ordinatus est textus, sanguinea & funesta consilia contra orbem Christianum a Turca & potestatibus Asiaticis; sed exclamant pij ex *Psal. 56: v. 5. & v. 11, 12.* In orbe Christiano in quieti & turbidi animi, pessimi qve consiliarij, pacem publicam rumpere conantur, pacificosqve vexare, ast quid interea pij in patria nostra agant, tum edictum R. & Maj. r. clementiss. tum textus præscri-

scripti docent; quidve in omni casu tutissimum existiment, itaque ex hoc textu notetur.

Gloriatio fidelium in verbo Dei

1. *Sincera*, 2. *Firma*, 3. *Intrepida*,

Votum, *Ephes.* 3: v. 16. 17.

Verbi Dei Encomia multa quidem magnaque colligi possunt, verum singularis verbi laus est, quod in fidelibus excitet spem ac fiduciam Psal. 119: v. 92. Est autem gloriatio hæc.

I. *Sincera*, toto corde, animo infucato in Dei verbo gloriatur David, ter in hoc uno Psalmo, v. 5. ubi secund. Hebr. *cum Deo laudabo verbum ejus*, sic & hic v. 11 bis, *cum Deo laudabo verbum scilicet Dei*, ut id clare exprimit v. 5. divina assistente gratia, verbo Dei confido. similis Phrasis, Psal. 60: v. 14. & 108: v. 14. non nobis est facultas, verbi efficaciam vel æstimandi vel de eo verè sentiendi, nisi Dei juvante spiritu, 1. *Cor.* 2: v. 14. Ac significanter, Psal. 119: v. 38. sinceram de cætero esse gloriationem patet ex titulo, *aureolum Davidis de columba obmutescentia*, columba autem, sine omni astutia & perversitate est, psal. 55: v. 7. *Matth.* 10: v. 16, itaque ut alibi serio, sine fucato Deum laudare & extollere se profitetur, Psal. 108: 2. ita & verbum ejus serio amat. Psal. 119: v. 5.

Usus Elencticus contra hypocritas, impios, aliosque Dei verbum extenuantes, sive contemnentis, Prov. 13: v. 13. & 28: v. 9. 2. *Pet.* 3: v. 3. 4. &c. nec non *exhortatorius* ad sincerum verbi Divini amorem, 2. *Tim.* 3: v. 16, 17. ut promissiones Dei firma fiducia amplectamur, & clementiæ, potentiæ, ac virtuti ejus confidamus, Psal. 31: v. 2. & 34: v. 3.

II. *Firma* non vana & Thraonica jaectantia, de qua. Jac. 4: v. 16. qvalis, Psal. 97: v. 7. *Matth.* 3: v. 9. 2. *Tim.* 3: 1. & seqq. sed solida & firma erat hæc Davidis gloriatio, quia immoto fundamento nitebatur, *Deo ipso*; verbum quippe revelatum pro vero Dei verbo habuit, 1. *I. Thes.* 2: 13. ideo spem suam in Deum, trina quoque repetitione hoc brevi Psalmo exprimit, v. 5. *in Deum speravi*, ac denique v. 12, *in Dominum speravi*, hæc spes in Dominum per totum psalterium declaratur, Psal. 18: v. 2 & 62: v. 2, 3, 6, 7, 8. &c. fallere itaque nequit hæc gloriatio in Deum, nam Deus est immutabiliter verax & potens, 2. *Tim.* 2: v. 13.

Usus Pædeticus, ut Deo & verbo ejus unice confidamus, clypeus est verbum Dei, 2. *Sam.* 22: v. 31. *Prov.* 30: v. 5. Psal. 18: v. 36. (*amplificari hoc potest, ostendendo quam vana fiducia sit mundanorum, rebus vanis nitentium, & quanta felicitas eorum, qui Deo soli solumque verbo confidunt*, Heb. 6: v. 19.)

III. In-

407
50
Verbum Dei
sincere corde
a memore

Ejus unice
solumque
verbo

488.
III. *Intrepida*: duplici verbo id ipsum ostendit (1) *non timebo*: quando Deus retrahit gratiæ radio, horrorem sentiebat David, Psal. 13: v. 2. & 88: v. 15, 16. NB. Psal. 14: v. 7. Ast cum fiducia Dei pleverat cor ejus, plane intrepidus dixit: *Non timebo*, nunquam metus me deiciet, Ps. 3: v. 6 & 23. v. 4 & 27. v. 1, 3 & 46. v. 3 & 49. v. 6. & quod pia dignissimum est obsecratione, quando aliquis se offert triste vel tremendum, tunc augetur spes in Deum; Ps. 56: v. 4. (2) *quid mihi homo faciet?* ac ut hostium extenuet resistentiam, ait v. 5. *quid mihi caro faciet?* res mollis, fragilis, imbellis, cito evanescens, Ps. 78: v. 39. *Esai.* 31: v. 3 & 40. v. 6.

Ufus consolatorius contra astutiam, potentiam, numerosam hostium & inimicorum copiam; Deus qui nobiscum est, fortissimus est, infinitæ potentæ, quid nobis faciet caro? quid carnalis hostium sapientia? quid carnivora eorum ferocitas? quid tot exercitus? tot hominum ac equorum millia? *Caro sunt*, in conspectu ac manu Dei ut fœnum; An quis metuat fasciculos imo acervos fœni & straminis exsiccati? ventus & ira Dei, ut stipulam, feroces discipabit, *Job* 21. v. 18. *Ps* 1: v. 4. & 35. v. 5. *Es.* 29: v. 5. itaque Deo unice, firmiter, & intrepide adhæreamus, & cum id sincero corde ac animo poenitenti fit, is nos nunquam deseret, sed divina sua potentia propaget ac servabit, *Es.* 41: v. 10. &c. tandem in gloriosam pacem & felicitatem transferet, *2. Tim.* 4: v. 18. *votum ex 1. Reg.* 8: v. 57, 58.

Die II. (a. d. 13. Junij.)

CONCIO. I.

Parasc. Jesus Christus qui lux est, *Job.* 1: 9. $\Phi\omega\sigma\ \Phi\acute{o}\rho\ \Theta$, *2. Pet.* 1: v. 19. accendit *fiduciam*, i. e. fidem firmam, *Ephes* 3: v. 11, 12. *Hebr* 4: v. 16. & *gloriationem spei*, *Rom.* 5: v. 2. Nos continuando hæc precum solemnitates, nosque congregando in Templo Deo sacrata in cordibus nostris *fiduciam, spem & gloriationem in Deo* augere conabimur, quod & textus primus docet, *amolificetur cum præparatione.*

TEXTUS *Psal.* 71: v. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

E*Xord. Deut.* 32: v. 3, 4. ergo in Deo solo omnem ac summam gloriam quærent ac ponerent, *Deut.* 4: v. 6, 7. Quod monet ac jubet Moses, id fideli corde præstat David, *Deum* laudem suam venerans, *Psal.* 89: v. 18. & 109: v. 2. acut id nos quoque agamus, Davidicis verbis ac exemplo hodie excitamur, est a.

Deus

cata adherentia non deponere conamur, *1. Pet. 2. v. 1.*
2. 3. *Hebr. 12: v. 14.* Et si voluntarie, præfractè & sine dolore de com-
missis, in malo pergimus, *2. Pet. 2: v. 20-22.* *1. Joh. 5: v. 16.* tum metuen-
dum ut ruamus in peccatum irremissibile, *Hebr. 6: v. 4. 5. 6.* & *10: v.*
26-31. itaque corde contrito confiteamur nos contra Deum peccasse, *Judic.*
10: v. 10. *1. Sam. 7: v. 6.* Semper studeamus bonæ conscientiæ testimoni-
um servare, *Act. 23: v. 1.* & *24: v. 16.* *1. Tim. 1: v. 5.* *2. Tim. 1: v. 3.* *1. Petr.*
3: v. 16. Sc. ne fidei naufragium patiamur, *1. Tim. 1: v. 19.* neve peccata
nos accusent vel condemnent, *1. Cor. 4: v. 4.* *Hiob. 27: v. 7.* aut consci-
entiam nostram contaminent, *Syr. 14: v. 1. 2.* neve perterreant, *Sap. 17:*
v. 11. deponamus ἀμαρτῶν ἐπιπέσειον, peccatum quod tenaciter no-
bis inhaeret vel facite in periculum damnumque nos conjicit, *Hebr.*
12: v. 1. ut in cursu vitæ Christianæ progrediamur, Jesumque habeamus
ducem, *Hebr. 12: v. 2. 3.* nec in peccatum ullum consentiamus, *Tob. 4: v. 6.*
sed omni resistamus concupiscentiæ prævæ, virtute Spiritus Dei, *Rom.*
6: v. 12. & *8: v. 13.* *Gal. 5: v. 24.* Sc. tunc per fidem justificati, Christo-
que uniti, *Ephes. 3: v. 17.* in æternam libertatem introitus nobis dabitur,
2. Tim. 4: v. 18. *2. Pet. 1: v. 10. 11.*

III. *Deplorandum & noxium effectu,* peccatum esse, tandem Pro-
pheta agnoscit: varia sunt peccatorum effecta, pœnæ imprimis tempora-
les & aternæ, *Esaj. 3: v. 3. 9.* *Jer. 13: v. 22.* *Tbren. 5: v. 7.* *2. Thess. 1: v. 8.* Sc.
sed & haud rarè peccatum unum alterius peccati causa est, quod hic E-
sajas docet, scilicet ex prioribus peccatis nasci. (1) *defectum justitia,*
Rätten tilbata wästen/ jus & æqvum non sectabantur judices, *Eccles. 3: v. 16.*
och rättvisan fierran gången. *Hebr. è longinquo stabat justitia,* non
intrabat tribunalia & curias eorum, sed ut relegata procul stabat, *Mich.*
7: v. 3. 4. Quot secum adfert mala injustitia, enumerat Hiobus, cap. 24.
v. 2. segg. & quia adeo iniqui erant, non mirum quod suum etiam ju-
dicium Deus illis denegaverit, *Esaj. 59: v. 9. 11.* Redeligheeten kan in-
tet tomma fram/ ob judicum & potentum violentiam, *Habac. 1: v. 4.* adde
Amos 5: v. 12. 13. (2) *Veritatis amissionem,* In Sanningen faller på
Gatone: opprimitur & deprimitur veritas, ac justitia conculcatur, quod
v. seq. ita effert: Sanningen är borto och den som wäker ifrån det onda han
måste hwars Mans Roof wåra, Nemo veritatem defendit: est pere-
grinum & rarum quid *veritas,* *Joh. 18: v. 38.* ac tunc maxime fugata cum
in judicijs causæ examinantur & deciduntur, *Psal 55: v. 11. 12.*

Ussu: 1. Pedentius: caveamus nobis a peccandi consuetudine &
licentia, nam ultra innumera poenarum & malorum genera, quæ peccan-
do attrahimus, *Deut. 29: v. 19.* *2. Reg. 17: v. 18-20.* *Pf. 5: v. 4. 5. 6.* &c. &c.

566.
etiam exprobrat
huius peccati
sanctissimi
v. 4. d. d. d.
/yunt

¶ *Quid dicitur*
Synth. *Esa.* 30: v. 1. *Esa.* 10: v. 10. Est hæc poena reliquis omnibus gra-
vior, NB. *Psal.* 69: v. 29. *Hos.* 4: v. 7. suntque inter alia, horrendum e-
jus exemplum in *Saule*, ab odio Davidis progrediente in ejus persecu-
tionem injustam, ab hac in rabiem, in illa ad Tyrannidem, in hac ad de-
sperationem, & per hanc in apostasiam a Deo, ἀποστασίαν, æternam-
que damnationem, i. *Chron.* 11: v. 13, 14. nec non in *Juda Iscariote*, in-
spiravit illi diabolus amorem nummi, qui degeneravit in avaritiam, hæc
furtum secum habuit, *Job.* 12: v. 6. & invidiam impiam, *Job.* 12: v. 4, 5.
quibus vitijs, proditiōnis crimen enatum, instigante Satana, obduratio-
nem cordis opposuit monitis Christi, secuta desperatio, quæ eum in la-
queum coëgit, & tandem in gehennam præcipitem dedit, *Act.* 1: v. 18.
itaque observanda monita, *Syr.* 21: v. 1, 2. *Job.* 5: v. 14. 2 *Petr.* 2: v. 20.
& pericula, *Matth.* 12: v. 45. vid. *Conc.* 2. die 2. 1676.

II. *Consolatorius*: deducit circa finem Esajas sermonem suum in
consolationem, postquam multis perditissimum Ecclesiæ & politiæ Ju-
daicæ descriperat statum, (qualem tempore Christi fuisse colligimus ex
Matth. 15: & 23. capp. collatis eum historiis aliis.) tum dein ex Dei ele-
mentia & potentia exoptatæ liberationis per Christum spem facit, *Esa.*
59: v. 16-21. & salutem Ecclesiæ Christianæ longe desideratissimam toto
cap. 60. & seqq. deprædicat. Ad eum modum procedit David, *Psal.* 14:
prius quam spem & votum liberationis profert, ibi v. 8. præmittit descri-
ptionem temporum corruptissimorum, v. 2-7. eadem methodo Paulus uti-
tatur: nam describendo corruptionem gentilium, *Rom.* 1: cap. & Judæo-
rum, cap. 2. omniumque hominum ex hoc *Esa.* 59. & alijs. Vet. Test.
locis, cap. 3. v. 9-18. reddit totum mundum obnoxium coram Deo, *Rom.*
3: v. 19. & sic progreditur ostendendo salutis viam per fidem in Christum,
Rom. 3: v. 21. seqq. *Eccl.* 4: 55: Sc. consolationi hoc nobis esse debet,
quod licet haud minor inter nos sit copia & culpa malorum, speramus
tamen inter tantam corruptorum turbam esse aliquos pios, *Rom.* 11: v. 1-6.
quorum precibus misericordia Dei movetur, *conf. Conc.* 1. die 1. 1679.
adde *Gen.* 18: v. 20. seqq. propter merita & intercessionem salvatoris, *Rom.*
8: v. 31-34. in quibuscunque itaque calamitatibus quas patimur, lata-
bimur quod Jesus datus sit liberator ac per eum concessa sit remissio
peccatorum, *Esa.* 59: v. 20. ipse lux nostra, *Esa.* 60: v. 1. *Mich.* 7: v. 8.
& quanto magis ingruunt mala, tanto propinquiorem mundi finem esse
existimabimus, *Matth.* 24: v. 6-12. *Luc.* 18: v. 7, 8. interea & semper o-
rabimus: *vespem jam venit nobiscum Christe maneto, extingui lucem. nec
patiare tuam.* Conclusio fiat voto ex *Jer.* 14: v. 20, 21, 22, NB. *Textum
hunc Esaja etiam expositum habes Conc.* 1. die 2. 1676.

CON-

807

87

Ej. 55. v. 5.

CONCIO III.

Parasc. Dura hodie audivimus verba ex *Esa.* 59: v. 1, 2. Tristitia ex *Esa.* 59: v. 12-14. nunc jucunda quoque ex eo proferemus, *Esa.* 55: v. 5. Est prophetia de fidelium e gentibus converforum, fiducia in Deum, *the tu intet kanner*: h.e. quos antea non ea cura fovisti ut populum tuum, *Psal.* 18: v. 44. *Acl.* 14: v. 16. *E* 17: v. 30. som intet kanna tighl qui cultum verum prius ignorabant, *Esa.* 65: v. 1. *Rom.* 15: v. 20. *Ephes.* 2: v. 11, 12. skola löpa til tig: *Esa.* 2: v. 2, 3. *Pf.* 65: v. 3. & ad te conversi alacriter in via mandatorum tuorum current, *Psal.* 119: v. 32. Docet tertius Textus quomodo Deus sit suorum *refugium & protector*; itaque ex prioribus textibus hujus diei ad pœnitentiam ducti nunc dicimus, *Psal.* 71: v. 3.

TEXTUS *Psal.* 64: totus.

E*Xord. Proverb.* 18: v. 10. ubi (1) Quodnam est *turris* vere *fortis*, scil. *nomen Jehova*? Deus summus, clementissimus, omnipotens, omniscius, is ipse enim per *nomen Jehova* intelligitur, sic *Psal.* 20: v. 2. *E* 115: v. 1. *Acl.* 4: v. 12. est arx invictissima & munimentum tutissimum, est *stærkt Torn* *Psal.* 61: v. 4. *conf.* *Pf.* 9: v. 10. *E* 91: v. 22. (2) *cui usui*? ut *justus eo confugiat*, qui per veram fidem est justificatus, & justitiæ vitæ operam dat, *Matth.* 5: v. 20. *Luc.* 1: v. 6. *Jer.* 5: v. 16. in omni adversitate & periculo vera fiducia ad Deum se confert, *Psal.* 34: v. 5, 6. *och warder bestärmat* Hebr. & *exalbitur* tanquam in turri præaltæ imposita petræ, Deus eum planè tutum præstabit, *2. Sam.* 22: v. 2. *Psal.* 18: v. 49. *E* 27: v. 5, 6. *E* 30: v. 2. *E* 91: v. 14. NB. *Esa.* 33: v. 16. Quod hoc brevi dicto dicit Salomo, id Pater ejus David per integrum Psalterium celebrat, ac elegantissime in textu hoc extollit

Magnum Protectionis Divinae beneficium.

Votum, *Psal.* 31: v. 2, 3.

Symbolum Augustissimorum & gloriosissimorum Sueciæ Regum jam diu fuit; *Dominus protector meus*, vel *gloria altissimo suorum refugio*, *conf.* *Psal.* 62: v. 8. *E* 91: v. 4, 9. erit itaque nobis, quibus sub piis & felicissimis Regibus *protectio Divina* concessa fuit, dulcis hæc meditatio; consideremus proinde *magnitudinem hujus beneficij*

I. custodia piarum tutissima, ad quam pertinet (1) *benigna exauditio*, *hör Gudh mine Döds i mine Klagan* *Pf.* 17: v. 6. *E* 27: v. 7. *E* 55: v. 3. (2) *custodia tutæ*, *bevvara mitt dödf* *Esa.* 25: v. 4. *Jer.* 16: v. 19. *Nabum.* 1: v. 7. (3) *oculatio tempestiva*, *förstij migh ic. ut gallinæ pullos suos*, *Psal.* 17: v. 8. *E* 27: v. 5. *E* 61: v. 5. *E* 91: v. 1. *Esa.* 32: v. 2. *Jer.* 36: v. 26. *Matth.* 23: v. 37.

Ufu: Oratione & exemplo Davidis discamus vitare vana effugia, huc illucque currendo: latibula non quæramus ficulnea, *Gen.* 3: v. 8. nec subsidia inutilia, *Esaj.* 30: v. 2. *Hof.* 5: v. 13. & 7: v. 11, 13. sed pœnitenti corde & ardentibus precibus rectâ ad Deum recurramus, *Psal.* 91: v. 2. is nobis præstabit tutelam contra hostium multitudinem, potentiam & astutiam, *Psal.* 3: v. 1. 2. 3. & 5: v. 12. & 91: v. 5. 6. & 118: v. 6. 7. 2. *Reg.* 6: v. 16. 17. *Rom.* 8: v. 31. *conf. Conc. 1. die 2. hujus anni, & Concion. 2. die 2. 1679. &c.*

II. *A descriptione hostiam plenissima*: tanto evidentius redditur defensionis beneficiû quanto plures potentiores & astutiores sunt hostes: describuntur autem hic, quod sint, (1) *terribiles*, grusveliga *Sienden/* qui incutit terrorem vehementissimum, qualis timor eadem voce exprimitur, *Exod.* 15: v. 16. *Hiob.* 4: v. 14. & 22: v. 20. (2) *Copiosi*, the ondas *Försambling/* coetus magnus arcana Machinatione, *Psal.* 3: v. 2. & 17: v. 9. & 25: v. 19. & 118: v. 10, 11. (3) *Malitiosi*, theas *Hoop som illa göral operarii iniquitatis, Ögärningmän/* *Psal.* 5: v. 5. & 14: v. 5. & 23: v. 3. (4) *Maledici*, skärpa sina *Tungor-Svärd-förgiffige Ord-Pijlar/* ut miles arma sua in pugnam parat, & in illa adhibet, ita illi lingua & verba sua ad strenue calumniandum adhibent, *Hiob.* 5: v. 15. *Psal.* 55: v. 22. & 57: v. 5. & 58: v. 8. 59: v. 2. &c. (5) *Insidiosi*, in hoc vitio describendo prolixior est, v. 5. *Önliga skjuta - medh hast skjuta/* *Psal.* 10: v. 8. 9. & 11: v. 3. & 17: v. 12. v. 6. the talas wed huru the Snaror laggia willial *Psal.* 140: v. 6. och säija hoo kan see them? istos laqueos, nemo videre potest, imo Deum latere eosdem, impie putant, *Pf.* 10: v. 11. 13. *Zeph.* 1: v. 12. v. 7. *dichta Stalckheet/ scrutantur anxie pravitates*, quomodo iniqua loquantur & agant, *Psal.* 58: v. 3. id summa diligentia quærunt, sicut vocabulum hoc de sollicita investigatione occurrit, *Gen.* 44: v. 12. 1. *Reg.* 20: v. 6. &c. *hållat hemliga. Hebr. absolvimus scrutinium investigatum*, ut v. 6. refert inimicorum verba, sic & v. 7. hic illos de artificiose exco-gitatis triumphantes introducit, *conf. Psal.* 25: v. 21. & 70: v. 5. *The äro illfundige och hastwa listigh Stalckstyecke förel* Hebr. & *medium viri & cor profundum*, dolus & nequitia hostium meorum in medio cordis occultata, non potest ad fundum a quopiam in alio homine nosci aut perspici, *Eccles.* 7: v. 27. *Jer.* 17: v. 9. verum Deus novit & destruet illos, at mox sequitur v. 8. 9. (6) *Audaces*; v. 5. *vithan all Fruchtan/* Deum non reverentur, nec homines metuunt, *Dan.* 8: v. 23. 24. v. 6. *The äro dierfve medh sin onda anslagh/ obfirmant sibi verbum malum* obstinati animi & pertinaces sunt, &c. *Josue* 11: v. 20. 2. *Chror.* 36: v. 13. *Ezech.* 2: v. 4. & 3: v. 7. &c.

Ufus: Forte hæc applicari possunt ad inimicos cum quibus aut privatim nobis res est, aut a quibus patria nostra haud raro infestatur, verum ut illis imprecari non licet, *Matth. 5: v. 44.* ita nec temere de his judicare debemus, *Jac. 4: v. 12. conf. Conc. 1: die 4. 1677. in Psal. 70. & Conc. 2. 1679. in Psal. 35: v. 10.* Sed ad infensissimum hostem nostrum Diabolum ista omnia applicari possunt. Quædam istorum ad magnum Christianissimi hostem Turcam referri possunt, qui describitur sub nomine Gogi & Magogi, ut hostis *terribilis & numerosus, Ezek. 38: v. 4-9. infensus & maledicus, Apoc. 20: v. 7. 8. insidiosus & audax, Ezech. 38: v. 10. 11. 12. &c.* contra quem hoc Psalmo Davidico & aliis verbi divini armis nos instruamus, donec Deus judicium suum adversus illum compleat, *Ezech. 39: v. 2. seqq. Prolixam contra calumniatores doctrinam vid. in Enarrat. Psalt. vernac. part. 2. pag. 74.*

III. *Abs hostium pæna*: postquam eorum descripserat malitiam, jam ostendit quomodo per justam ultionem divinam punientur: (1) *jaculis percutentur*: Men Gudh skal stkiuta dem. quoniam illi linguis suis abusi sunt, ut sagittis, *v. 4. 5.* Deus justus suis jaculis eos feriet, *Deut. 32: v. 42. Hiob. 6: v. 4. & 34: v. 6. Psal. 21: v. 13. & 38: v. 3.* (2) *plagiis repentinis afficientur*, swida effter; sagitta jubita erunt plage eorum. varia infortunia & continuata mala coelitus quasi immissa, eos tandem contendent; de ejusmodi *plagiis, Levit. 26: v. 21. Num. 11: v. 33. Deut. 28: v. 61. 1. Sam. 4: v. 8. Jer. 30: v. 14.* (3) *propriis suis linguis corruent*, the ras egen Tunga skal falla them/ idque *super semetipsos hwar öfwer annan/ & talis intelligitur ruina & lapsus, quibus penitus pessundabuntur inimici justorum, Ps. 7: v. 16. 17. & 9: v. 16. 2. Chron. 25: v. 8.* (4) *Omni-um deestationi erunt*, så at dem bespotta skal hwar och en som them seer: vel *fugient sive dissipabuntur* metuentes ne eodem excidio pereant, *Nū. 16: v. 34. 1. Sam. 31: v. 7.*

Ufus: Hic commemoranda prolixè divina bonitas & potentia, qui hostes patriæ nostræ infensissimos toties retroëgit, & quæ nobis intendere mala, in eorum capita recidere fecit, *vid. Conc. 1. die 3. 1677. & Conc. 2. die 2. 1679.*

IV. *A gaudio fidelium*: quod describitur (1) *Celebratione potentia & justitia divine*: Och alla Menniskior som det see ic. id accuratio-ri consideratione inspicientes, timore Dei & admiratione percellentur, *Psal. 52: v. 7. 8. & 50: v. 11. Mich. 7: v. 10. skola säija det hafwer Gudh giordt/ & narrabunt opus Dei, Psal. 9: v. 12. & 71: v. 18. & 73: v. 28. & 105: v. 1. och förmärckia at det är hans Värning/ & digna consideratione percipiant & sapienter intelligent hoc omne a Deo esse, Psal. 41: v. 12.*

670
Et 107: v. 43: (2) *Quod sit gaudium in Domino*, The rättfärdiga skola frögda sigh i HEDranom. h. e. gaudio puro, sancto, stabili, *Psal.* 30: v. 12. Et 52: v. 10. Et 100: v. 1. imo Deus gaudium eorum erit, *Psal.* 43: v. 4. (3) *Quod generet fiduciam in Deum*: och förtroste på honom: *Psal.* 16: v. 1. Et 25: v. 20. Et 31: v. 2. Et 71: v. 1. Et 118: v. 8. 9. (4) *A gloriatione justorum in Domino*: from Hierta: *recti corde*, *Psal.* 7: v. 11. Et 32: v. 11. & 36: v. 11. gloriabuntur in Dei ope & opere, *1. Chron.* 17: v. 10. *Psal.* 34: v. 3. & 35: v. 27. Et 44: v. p. &c.

Ufus: In Dei laudes tota hæc meditatio converti, & in illis desinere desinenter debet, gloriam Dei in omni ejus opere quod circa nos agit, manifestam, consideremus, *Esaj.* 63: v. 7. in Deo gaudebimus, *Psal.* 4: v. 4. illi confidamus, *Psal.* 141: v. 8. & in eo gloriemur. *Jer.* 9: v. 23. 24. conclusio ex *Psal.* 71: v. 4. 5. 6. *vid. Conc.* 1. die 2. hujus anni *Conc.* 2. die 3. 1677. Et alibi sæpius.

Die IV. (ad d. 8. Augusti)

CONCIO I

Parasc. 1. *Chron.* 29: v. 9. Monito hocce parare voluit David filium in cultus divini & templi curam, ac regimen justum: ut nosceret Deum, vera fide & sancto timore, *Hos.* 6: v. 3. *Job.* 7: v. 3. *Serviret illi*; licet Salomo aliorum esset Dominus, tamen Dei servum se agnosceret, *Rom.* 13: v. 4. idq; corde perfecto, *Deut.* 6: v. 5. 1. *Reg.* 8: v. 61. & animo voluntario, 2. *Chron.* 15: v. 15. *Quia scrutatur Deus omnia corda*, &c, *Psal.* 139: v. 2. *Jerem.* 17: v. 10. addit *si quaesieris eum invenies*, gratiam & opem ab eo impetrabis, *Deut.* 4: v. 29. *Matth.* 7: v. 7. *Si autem dereliqueris eum, projiciet te in aeternum*, 1. *Sam.* 2: v. 30. 2. *Reg.* 23: v. 17. *Ezek.* 18: v. 24, verba ista etiam nos excitent ut tandem hoc ultimo die pœnitentialem, in veri Dei cognitione illi serviamus, eum queramus & gratiam ejus inveniamus &c.

TEXTUS *Psal.* 61: v. 1. 2. 3. 4. 5.

Exord. *Psal.* 75: v. 4. Ubi describit (1) *Periculum*: Jorden bäfvar! Hebr. *Dissoluta* sive *liquefacta* est terra & omnes incola ejus: ubi occurrit vocabulum Hebr. *Muug* de summa commotione & insecta eversione, deq; perditione, &c. *Exod.* 15: v. 15. *Jos.* 2: v. 9. 24. *Psal.* 46: v. 7. *Esaj.* 14: v. 31. & 64. v. 7. *Jerem.* 49: v. 23. *Nabum* 2: v. 6. de terra imbribus soluta & diluta, *Psal.* 65: v. 11. ejusmodi inuitur perturbatio, quâ gentes & homines pereunt, Civitates, pagi, ædes, diruuntur & exuruntur adeoq; cuncta pristi

pristinam faciem & itatum amittunt, nec ut in quo igne vel *comburitur*
vel *liquefacit* quod de corruptissimo Ecclesiæ & politiæ Statu tempore
Saulis verum erat; circa adventum quoque Christi verissimum. (2) *Re-*
medium: Men iagh håller hennes Pelare stadige / Sela. Sive Deo
in genere, sive peculiari ratione Messiæ, Dei filio adscribuntur verba
hujus *Psalmi*, v. 3. 4. opus tamen vere divinum hic innui, omnino
fateantur omnes; nam ut Deus terram omnipotentia sua creavit, ita
illam solus sustentat, *Hebr.* 1. v. 3. firmam & immobilem quasi in co-
lumnis positam servat, 1. *Chron.* 17: v. 30. *Hiob.* 38: v. 4. 5. & quem-
admodum in potestate Dei est columnas terræ trementes reddere, *Hiob.*
9: v. 6. & 26: v. 11. ita & ab eo solum hoc beneficii est, quod Eccle-
sia habeat suas columnas, quales etiam sunt sani Doctores, *Jer.* 1: v. 18.
Gal. 2: v. 9. Quod Regna suos quoque sustentatores habeant, *Ypphåls-*
låre / Syr. 49: v. 17. Vide enarrat. *Psalt.* part. 2. pag. 161. Est proin-
de hic divina promissio, quod licet varios subiret Ecclesia casus, & mu-
tationes horrendas paterentur regna, in quibus Ecclesiam suam Deus
colligeret, tamen *fulcrum* ei Deus concedet, eaque ordinate ponet, ac so-
lidabit, (Hoc *Hebr.*: *Tbikken* importat) ut durent in iudicii extremi
diem. Ejusmodi columnæ in Textu se exhibent:

- I. *Dei Clementia in exaudiendo preces.*
- II. *Dei Sapientia in iuvando afflictos.*
- III. *Dei Potentia in defendendo suos.*
- IV. *Vera in Hominibus religio ut rite colant Deum.*

Votum *Psal.* 68: v. 29.

Titulus fere idem hujus *Psalmi*, qui *Psalmo* quarto est præfixus,
vid. Psalt. enarrat. vernac. part. 1. pag. 26. præfæto Musices datus fuit,
ut canendo adjungeretur choro *pulsatilibus* ludenti instrumentis:
res autem celebratione & laude dignissima est Dei potentia & gratia cir-
ca reges pios & regna, in quibus habitat verbum Dei. Est autem columna

I. *Dei clementia in exaudiendo preces*, v. 2. *Hör Gudh mitt*
Röop / vox *Hebr.* *Kinnah* elevationem vocis, quamvis in genere notat,
est usitatissime *vocem orationis* sublimiorem, magna fiducia a Davide
prolatam, *Psal.* 17: v. 1. & 88: v. 3. & 119: v. 169. & 142: v. 7. Och *åsta*
ypå mina Bödn / supplicem meam orationem *arredis* quasi *auribus* &
animo excipe, 2. *Chron.* 6: v. 40. *Psal.* 5: v. 3. & 130: v. 2. non autem nu-
dam *exauditionem* vel petit vel celebrat, sed eam quæ conjunctam ha-
bet Dei gratiam & subsequentem ejus opem; sic *exaudire pro liberare*,
Psal. 22: v. 22. *exaudisti me a cornibus unicornium*, *Psal.* 118: v. 5. *exau-*
divis

572
divit me in lato, conj. *E/saj. 65. v. 24. Jon. 2. 3. Hebr. 5: v. 7. pro benefacere, benedicere, Hof. 2: 21. 22. itaque quod populum sive regnum & in illo pium conservat Regem, singularis est benignitas Dei in recipiendis precibus, in quacunq; fufis necessitate, P/sal. 65: v. 3. vid. Conc. 1. die 3. 1677. illa populum Israel ex Ægypto liberavit, Exod. 3: v. 7. 8. illa juvit contra Amalekitas, Exod. 17: v. 11. 16. Illa ab interitu peccantes Ismaelitas vindicavit, Exod. 32: v. 11. 12. illa in adjutorium populi solem fecit stare, Jos. 10. v: 12. 14. Illa Hilkiam violentia hostium servavit 2. Reg. 19: v. 15. 20. &c. Illa Josaphato victoriam paravit, 2. Chron. 20: v. 6. seqq. (addentur exempla plura e Scriptura Sacra) verum itaque est quod Dei exauditio benigna, est columna regnorum firma, P/sal. 20: v. 2, 3, 4. 5, 6 10.*

II. *Dei Sapientia in juvando afflictos*; illa autem includit,
(1) *Omnisciam notitiam*: quod Deus sciat cunctorum hominum statum, in quolibet mundi loco sive angulo constitutorum, 1. Reg. 8: v. 39. hâr neder på Jordenne / Hebr. *Ab extremo terra*: adhibetur eadem locutio de ultimis terræ sanctæ finibus, Deut. 13. v. 7. indeq; nonnulli putant Davidem trans Jordanem in Urbe Mahanaim hunc Psalmum composuisse, 2. Sam. 17: v. 24. vel aliis in locis remotis, P/sal. 42: v. 7. & 120: v. 5. ubicunq; fuerit, certum est eum non ad tabernaculum fuisse, vel in alio orationis loco solenni, 1. Reg. 8: v. 29. 30. tamen se exauditum iri sperat, P/sal. 22: v. 28. & 65: v. 6. *E/saj. 42: v. 5. 6. 7. & 45: v. 22. Jon. 2: v. 7. &c.*
(2) *Tempestivum auxilium*, novit scil. Deus pro omnisapientia sua, quo tempore potentiam suam adhibeat in suorum liberationem, nâr mitt Hierta i ângest år: dum obruitur cor meum: eadem vox in titulo P/sal. 102. vid. locacitam, Conc. 1. die 1. 1683. adde *Tbren. 2. v. 11.* Estq; talis status cum extra hominem auxilium nullum, ac intra eundem nihil solatij: så min Siäl öfvergaff sig/ ut redditur, Jon. 2: v. 8. & tunc admirabili ope Deus suis succurrit, sicut ex, 2. Chron. 20: v. 12. Canere solemus: Nâr wij i högsta Nöden stå och vere ingen. Hielp tilgå! &c. in alio hymno: Nâr all hielp vtht år / både fierte och nâr / Gudz hielp så först begynner / nâr all mans hielp försvinner. vere itaque tempore acceptabili Deus nos exaudit, *E/saj. 49: v. 8. 1. Cor. 6. v. 2. i Nödennes tidh/ P/sal. 50: v. 15: (3) custodiam optimam*: & hoc divinæ sapientiæ opus est, quod inter liberationis & tutelæ media, ea semper adhibet, quæ sunt tutissima, födr migh doch på en högh Klippa; Hebr. *deduc me in petram que me sit altior*, ductum & directionem lenem & svavem illo vocabulo exprimit, sic etiam *Gen. 24: v. 48. Exod. 13: v. 21. P/sal. 43: v. 3. & 73: v. 24. & 143: v. 10. &c.* petra autem designat presidium & tutelam

373.
90

& tutelam omnimodè securam, *Psal. 17: v. 5.* ac de Deo plane significanter, *Deut. 32: v. 4, 15, 18, 30, 31. Esaj. 26: v. 4.* estquè peculiaris respectus ad Christum, *Esa. 28: v. 16. 1. Cor. 10: v. 4.* *petram* denique *se altior* sperat David, defensionem intelligit tutiorem, quam quæ ab illo eligi possit, velejus viribus obtineri, quæque fortitudine & peritia ejus bellica longe esset excellentior. Benigna vero Dei custodia & protectio ut est in se sublimis, ita nec nos illam nostris acquirere possumus aut viribus aut meritis, sed unicè a Dei gratia propter Christum datur, cui fide innitatur, *Matth. 16: v. 16-18. 1. Pet. 2: v. 4, 5, 6, 7, 9. &c.*

III. *Dei potentia in defendendo suos.* Est & illa primaria Regnorum columna: hoc Deus innuit, *Psal. 75: v. 4.* & hic David *v. 4.* *En tu äst min Zischicht ic. Tu o Domine fuisti,* solus & unicus defensor meus, omni tempore, *Psal. 71: v. 5, 6, 9, 17, 18.* in omni ac summa angustia, *Psal. 62: v. 3.* fuisti, es & eris, *1. Sam. 2: v. 6-10. refugium meum:* vox Hebræa de animalium receptaculis, in quibus immunia sint ab æstu, imbris & tempestatibus aliis, *Psal. 104: v. 18.* de pauperibus alijs destitutis habitationibus, *Hiob. 24: v. 8.* De Deo suos recipiente ac protegente: cõsolationis plena sunt dicta varia, ubi verbum *Machabeh* occurrit: redditur ut hic *Zischicht/ Psal. 46: v. 2. Esaj. 4: v. 6. & 25: v. 4. Joel. 3: v. 17. Tröst Psal. 14: v. 7. starcka Tröst/ Psal. 71: v. 7. Tröst i Nödenne/ Jer. 17: v. 17. Hopp/ Psal. 62: v. 8. G 73: v. 8. G 91: v. 2, 9. Hops Tröst/ Psal. 94: v. 22.* addit hic David est *starckt Torn för mina Ständer.* Turres defensionis causa extruuntur, & in illas angustati se recipiunt, *Jud. 9: v. 51. 2. Chron. 14: v. 7. G 26: v. 9, 10. Cant. 4: v. 4.* turres tamen mundanæ & lapideæ frustra sunt, cum Deus contra easdem pugnat, *Ezech. 26: v. 4. Obad. v. 3, 4. Zephan. 1: v. 14.* verum Dei potentia est turris firma, ut hic in Hebr. *turris Fortitudinis:* quam eandem phrasin Patris sui retinuit in lingua sibi materna Salomoh, *Prov. 18: v. 10. vid. Exord. Conc. 3. die 3. hujus anni.*

IV. *Vera religio in hominibus, ut rite colant Deum:* *v. 5.* *iagh wil bos vshi tino Hyddo til ewigh tijd/* quamquam non pauci hic quoque protectionis beneficium expeti existiment, tamen statuere licet aliquid amplius simul peti & desiderari, scil. ut ad tabernaculum Dei & locum cultus ordinariû tutus & incolumis veram excerceret religionem, ejusq; perciperet dulcedinem & fructum: Colligimus hanc Davidis mentem (1) ex collatione *v. 3.* ibi enim conqveritur se ad extrema terræ sanctæ fines rejectum esse, ibi autem constitutus dolebat maxime se a cultu sacro sic remotum iri, & quasi ad idololatriam pelli, ut sunt verba ejus, *1. Sã. 26: v. 19. conf. Job. 22: v. 25.* (2) vocabulum *obal, tentorium* sive tabernaculum

E
naculum

naculum, *Hydda*/ de nulla alià re frequentius occurrit in V. Test. Libris
 quam de tabernaculo sancto, quod vel *congregationis* vel *testimonij ta-*
bernaculum appellabatur, *Exod. 27: v. 21. Num. 1: v. 50.* de cujus stru-
 ctura, usu & translatione, prolixè in libris Moisaicis & alibi: & quia De-
 us ad illud modo peculiari præsens fuit, ac sermone operibusque aliis divi-
 nis præsentiam suam ostendit, ideo vocatur *tabernaculum Domini*, *Reg.*
2: v. 28, 29, 30. & eadem verba quæ hic leguntur, quando occurrunt de
 commoratione felici, *HEXre hoo skal boo i tine Hyddo? Psal. 15: v. 1.*
exponunt quis commorabitur in loco sancto, ubi Dei cultus celebratur,
nimirum in tentorio Moisaico, vel ad arcam fœderis. (3) ex his ad-
 dito *tilewig tijd, in secula*, patet Davidem ad ejusmodi tentorium an-
 helasse, in quo tum quieta sede post tot fugas fluxasque habitationes
 diuturna commoratione viveret, tum introitum in *eterna tabernacu-*
la ex Dei verbo addisceret, *Apoc. 15: v. 5. & 21: v. 3.* (4) Dum pergit Da-
 vid: *Dy min Tröst hafwa vnder tina Wingar Skugga: Sela.* de
 voce *Selab.* *vid. enarrat. Psal. vernac.* part. 1. pag. 20. *ala Dei*, no-
 tant divinum ejus auxilium & potentem protectionem, defensionemq̃;
 de quibus alis *portantibus* vide *Exod. 19: v. 4. Deut. 32: v. 11.* de illis
 protegentibus, *Pf. 17: v. 8. & 36: v. 8. & 57: v. 2. & 63: v. 8. & 96: v. 4.*
 sed & ad Deum se convertere & sub alis ejus protectionem quærere, est
 Ecclesiæ Dei societatem expetere, & ibi in vero cultu, gratia & benedi-
 ctione Dei frui ità expresse de piâ foemina Ruth ab idololatris Moabitis
 redeunte & ad Deum Israël se convertente, *Ruth. 2: v. 12. Tu äst som-*
men il HEXren Israels Gudh/ til at hafwa Tröst vnder hans wingar/
 vel quod Deus super alas Cherubim, (*Exod 2: v. 20. 1. Reg 8, v. 6, 7.*) gra-
 tiose se ostendens, pios cultores sic quasi receperit, *2. Sam. 6: v. 2* vel
 quod fideles in cœtu sacro viventes, protegantur & foveantur à Deo ut
 congregati pulli sub alis gallinæ. *Matth. 23: v. 37. Luc. 13: v. 34.*
 (5) Hoc desiderium Davidicum *facus commorari possim in tentorio tuo:*
Psal. 26: v. 6, 7, 8. & 42: v. 5. & 43: v. 3, 4. & 84: v. 2, 3, 4, 5. &c. po-
 sita itaque est quarta columna regum & regnorum *ven* scil. *religio:*
 Hac enim tradi æternæ felicitatis media, extra omne dubium est in Eccle-
 sia, *Esa 4: v. 20. Job. 1: v. 18. & 7: v. 3. 2. Tim. 3: v. 15-17. &c.* Sed &
 temporalem rerum publicarum & Regnorum incolumitatem & prospere-
 ritatem, a pura & verâ religione pendere contra homines seculos &
 impios, tenendum est, & quantum jam res postulat paucis argumentis
 adstruendum: (2) omnes tum imperantes tum subditi de gratia Dei
 certi sunt, quando vera religione imbuti Deum rite colunt, *Psal. 117: v.*

12, 20. Rom. 8: v. 28. contra autem cum infidelibus & impiis se res habet, Tit. 1: v. 15. (β) Promissiones per plurimam sunt datæ pijs cultoribus, qui non nisi in vera religione esse possunt, Levit. 26: v. 3-13. Deut. 28: v. 1. 199. Ps 81: v. 14-17. Esaj. 1: v. 19. Eccl. 5: v. 6-12. 1 Tim. 4: v. 8. &c. (γ) Comminationes variæ sunt in impios & infideles, qui tales sunt tum ex veræ religionis abusu contemptive, tum ex falsæ religionis usu, Rom. 1: v. 18-31. conf. præter Levit. 26: & Deut. 28. Conciones Prophetarum contra gentes idololatricas, Esaj. 13: & 15. & 16. & 17. & 18 & 21. & 23. capp. Jer 46. & 47. & 48. & 49. & 50. capp sic in Ezekiele & reliquorum prophetarum scriptis passim. (δ) Nulla alia religio præter illam quæ ex verbo Dei sanctam & justam ejus voluntatem excipit & tradit, perfecte & exacte potest monstrare quid justum, quid æquum, quæ sint officia imperantium, quæ partes & debita subditorum: nil melius regnantes in officio continere nec subditos in conscientia obligare potest ad præstandum obsequium, tributa honorem, &c. quam veræ religionis dogmata bene percepta: ac sic tradit verbum Dei fundamenta felicitis regni & reipubl. (ε) Exempla varia hoc docent, evidentissime autem Historia populi Israëliti, quomodo in mandatis Dei ambulantes, & cultum præscriptum sincere præstantes, Deus illos juvit, defendit, fovit. Deum autem deserentes, calamitatibus subiciebantur: ut id libri Judicum, Regum & scripta prophetica docent. Est & inter Christianos hic veræ religionis fructus magnis Dei operibus notissimus & fata patriæ nostræ id ipsum docent, ac pijs prudentum meditationibus ex sesquiseculi Historia obvia sunt. nec est quod veræ religionis saluberrimum usum hunc temporalem ullatenus negemus, ex eo quod afflictionibus & publicis calamitatibus subjiciantur regiones, verbi Dei luce collustratæ, siquidem promissa sunt bona temporalia cum inclusione crucis, Ps. 34: v. 20: & ejusmodi plagæ sunt castigationes paternæ, Jer. 30: v. 11. Et ob causas varias Deus quandoque impiis regibus & genti infideli concedit successus, sed tandem evertet illos funditus, Ps. 34: v. 22. Esa 10: v. 17-19 &c.

Ufus In iam positis membris concionis inspersi sunt, & per applicationem diduci plenius debent. Ultimo die pœnitentiæ solenni, anni proxime elapsi ex Psal. 132. felicitatem regni Christi diffusam in terris piorum Christianorum consideravimus; etiam jam hoc ultimo hujus anni die precum Davidis & Pauli verbis idem discamus & ex v. 6, 7, 8, 9, hujus Psal. 61. pro Rege clementissimo & grege orabimus, ut Deus gloriam suam, gaudium Regis & salutem civium in patria nostra promoveat, eultum reddat sibi gratum, leges bonas, pacem & quidquid ex gratia sua hætenus nobis concessit, conservare & confirmare

dignetur, quod hujus Psalmi ductu alias vovere solemus hymno vernali:
culo: Hielp Gudh vthaff tin Nades Thron / ic. Conclusio ex Psal. 67:
v. 2. seqq.

CONCIO II.

Ut tanto citius typis committi possint dispositiones, in hujus anni Textus penitentiales, ideo visum est repetere in Textus secundi sive medii analysin cum applicatione ante decennium traditam; & receditur jam illa integra, paucis mutatis, quoniam forte in juniorum vel remotiorum concionatorum manibus non est prioris exemplar.

Parasc. Col. 1. v. 3. 1. Thess. 5. v. 16, 17, 18. Est ergo Oratio, deprecatio, intercessio & gratiarum actio, res maximè necessaria, & efficacax, si modo fuerit devota & attenta. adm. ad devotionem.

TEXTUS, 1. Tim. 2. v. 1, 2, 3.

Exord. De efficacia precum scitè loq. *Apost. Jac. 5. v. 16. ad Exemplum Elia, addatur etiam Moses, Exod. 17. v. 9. seqq.* Dictum est ex Textibus sup. dici prec. quod Deus sit noster Dominus & Redemptor; item Protector & Defensor, ipsi ergo à servis, redemptis, protectis & defensis debentur non tantum gratiæ immortales, sed & assiduæ preces, quibus eum honorabimus, & flectemus, ut ulterius nobis beneficiat. præclara est hæc ad preces admonitio ex textu prælecto, in quo Not. I. Expl. II. Appl.

In I. Observ. juxta Hemisichium, *Quis? Quid? proq; Quibus? Cur?*

(a) *Quis? vers. 1. & quidem (1) Quis sit qui monet & hortatur? Paulus nimirum, qui abreptus in tertium Cælum in Paradisum, audijt ἀρρητα ῥήματα 2. Cor. 12. v. 2, 4. hinc de suâ doctrinâ quam divinitus habuit, gloriatur, Gal. 1. v. 8. instructo jam Timotheo, de Doctrinæ puritate servandâ, Cap. 1 ad specialiora progreditur, & quidem primùm de precibus in Ecclesia fundendis eum erudit. (2) Quis sit qui monetur? At man-Timotheus & omnes homines præcipuè pij, *Marth. 21. v. 12. Job. 4. v. 24 & 9. v. 31. Q. ergo (1) orabunt ne etiam impij & exaudiantur? R. Peccatores penitentes orant & exaudiuntur, sic Manassès, Orat. Manass. v. 9. sic Publicanus, Luc. 18. v. 13. Verùm peccatores in pecc. perseverantes, non exaudiuntur, Esa. 1. v. 15. Job. 9. v. 31. Conf. Amos 5. v. 21, 22. Q. (2) An infantes orent? Aff. quippe eos, qui conceptis verbis ab adultis orare docentur, verè ora-**

quis

*Oratio tractatum
impij & exaudientur*

852 577
92
re quis neget? Siquidem *Fidem* ipsis Spiritus Sanctus tribuit, *Matth.* 18: v. 6. & 19: v. 14. ex fide ergo & cordis simplicitate orant. Neque illis qui fari adhuc nequeunt, vera oratio denegari potest, licet ipse modus orandi nos lateat. Qui enim Deum laudant, illi quoque Deum orant, atqui lactentes Deum laudant, *Psal.* 8: v. 2. *Conf. Matth.* 21: v. 16. Ergo quoque orant. Q. (3) De *Angelis*, an illi orent? R. Orationem S. Script. Angelis nusquam tribuit, sed *Laudes*, *Psal.* 103: v. 20, 21. & 148: v. 2. *Esa.* 6: v. 2 & *congratulationem*, namque congratulantur Homini ex gratiâ per Christum redempto, *Luc.* 2: v. 13, 14. & ab impietate converso, *Luc.* 15: 10.

(β) *Quid? Vers. eod.* - *hafwer Bönner / Åkallan / Förbönner och Facksädhelse* - monet ergo Spiritus Sanctus per Apostolum, orandum esse: & nomine orationis sive precum hæc quatuor comprehendit. sc. *obsecrationem, orationem, intercessionem & gratiarum actionem*, (que includit quintum requisitum orationis, nimirum *emendationis promissionem*.) Horum (1) *δέησις*, quâ deprecamur mala tam præsentia quàm imminetia, tam spiritalia quàm corporalia, *leg. Orat. Dom. pet.* 5. 6. 7. *cum expl. b. Lutheri. & add. Psal.* 121: v. 7. *Luc.* 21: v. 36. *Joh.* 17: v. 15. (2) *πρόσευχη*, qua uobis & aliis apprecamur tam spiritalia, *pet.* 1. 2. 3. *in Orat. Dom.* quàm corporalia, *pet.* 4. (3) *ἐντεύξις*, qua intercedimus pro aliis, *Jac.* 5: v. 16. de hac intercessiione agemus in seq. circumst. γ. (4) *εὐχαριστία*, quâ pro acceptis beneficiis, etiam paternâ castigatione, gratias agimus, publicè & privatim: corde, ore & vitæ sanctitate: Ex infinitis S. Scripturæ dictis, *leg. Psal.* 34. v. 2, 3, 4, 9. & 116. v. 12. *Tob.* 13. v. 1. 9. 10. Ex infinitis exemplis, *leg. Exempl. Jacobi, Gen.* 32: v. 10. *Davidis, 1. Chron.* 30: v. 10-14. *Mariæ, Luc.* 1: v. 46. *seqq. Zachariæ, Luc.* 1: v. 68. *seqq.*

(γ) *Pro Quibus?* (1) *För alla Menniskior.* 1. *Sam.* 7: v. 9. *Nebem.* 1: v. 6. *Jer.* 29: v. 7. etiam pro inimicis nostris orabimus, ut Deus ipsos convertere & infensum eorum animum sedare dignetur, *Matth.* 5: v. 44, 45. *Luc.* 23: v. 34. Imò pro manifestè impiis orandum, ut Deus erroribus ipsorum obicem ponat, media salutis concedat, & ut agnitâ impietate convertantur, *Act.* 7: v. 60. 2. *Macc.* 3: v. 31. *seqq. Conf. Jac.* 5: v. 9. Exceptis iis, qui peccant peccatum in Sp. S. *Jer.* 14: v. 11. pro his enim non orandum est, nisi hypotheticè, nempe si tales non sint, quales esse præsumuntur, 1. *Joh.* 5: v. 16.

(2) *Vers. 2. för Konungar* / Multa & magna sunt, quæ Ordinario Magistratui debent subditi: puta Honorem & Reverentiam, subjectionem & obedientiam, census & tributa, sed omnium tamen maxi-

578.
mum est, maximèq; necessarium, pia pro Rege vota, & devotas fundere preces, *Dan.* 6 v. 21 *Bar.* 1: v. 11, 12. Huc pertinent votivæ acclamationes, quibus Reges noviter Electos, Israelitæ humiliter excipere & salutare consueverunt: VIVAT REX, VIVAT! *I. Sam.* 10: v. 24. *I. Reg.* 1: v. 25. 39. *2. Reg.* 11: v. 12. *2. Chron.* 23. v. 11. Quid enim utilius & magis proficuum esse potest subditis, quam Reges pios esse, & Deum amantes? Siquidem delicta Regum punit Deus non rarò in subditis, *leg.* 2. *Sam.* 24: v. 9, 10. *seqq. Conf. Syr.* 10: v. 3.

(3) Och all Sferveet! pro omnibus qui in eminentia constituti sunt, quales sunt Senatores sive Consilarii Regii, alique eminentioribus officiis & negotiis præfecti, de quibus *leg. Prov.* 11: v. 14. & *Syr.* 10: v. 5. Namque consilarii, si pii fuerint, fideles, prudentes, Boniq; Publici studiosi, & Regem & Regnum vehementer juvant, *leg. Exod.* 18: v. 20. *2. Sam.* 18: v. 3. *I. Reg.* 12: v. 6, 7. *Prov.* 16: v. 13. Assentatores autem ubi prævalent, & ambitiosi ac immites, hi Regi & Regno nimium nocent, *leg.* 2. *Sam.* 16: v. 23. & *17: v. 23.* *I. Reg.* 12: v. 8. *seqq.*

(d) Cur? *Vers. eod.* Finis, sive Effectus, qui ex devotis pro Magistratu precibus promanant, recensentur (1) Respectu nostri, quod sit utile, idque (a) ut placidam quietam vitam agamus; vñhi est voligit - quàm inæstimabilis est hæc utilitas, sub pio Rege placidè & quietè vivere, ubi Regnum unà cum subditis ab externis invasionibus justè & vigilantia prudentia defenditur, ubi pacis turbatoribus repagula objiciuntur, *Rom.* 13: v. 1, 4. *appl. ad tempora Salomonis,* *I. Reg.* 5: v. 4. & nostra, ut paulò post. (b) Ut piam vitam traducamus, i all Gubachrigheet. quia sub pio Rege viget pietas, *leg.* 2. *Reg.* 18: v. 5, 6, 7. & 23: v. 25. *Conf. Syr.* 10: v. 2. (c) Ut honestam vitam vivamus: Scimus sanioribus Ethnicis, honestam vitam maximè fuisse curæ, quantò magis nobis Christianis? ne scilicet flagitia apud nos, veluti aggere rupto sese effundant, & invalescant, prout passim monemur in S. Script. *Rom.* 12: 11. - 21. *Eph.* 4: v. 24, 29. *Tit.* 2: v. 11, 12. &c.

(2) Respectu DEI, quod sit Gratum. v. 3. gott och tacknembsigitt! Nil certè gratius est Deo Salvatori nostro, quàm dum sub pio Rege subditi & quietè & piè & honestè vivant: *leg.* 1. *Reg.* 8: v. 55. *seqq. add.* ex admonitione *70/ue cap.* 24. v. 14. & populi Responsione v. 16, 18.

II. *Appl.* Dicuntur hi Dies, Dies grat. actionum, & precum; quæ partes ex hoc textu optimè deduci possunt. ô si debitâ cum devotione! Ergo

Doct. 1. Quod sit orandum, & quomodo orandum, ut exaudiamur, repetant Dnn, Concionatores ex suis homiliis (Dom. V. post Pasch. quæ

quæ dicitur Dom, *voce[m] jucunditatis*), sed tantum præcipua, item ex Qq. Catech.

2. Docemur Nomine precum venire *Deprecationem*, *Orationem* (pro bonis obtinendis,) *intercessionem*, de quibus in expl. textus; Item *Gratiarum actionem*, de quâ fufius in prioribus nostris Homiliis in textus pœnit. dictum est, undè repeti possunt præcipua. Sub hac gr. act. etiam comprehendi *promissionem emendationis*, quoque sup. dictum est: Quæ ante omnia hisce precum solemnitatibus urgeatur, & quidem ex *Syr. 34. v. 28-31. 2. Pet. 2. v. 20, 21, 22. Conf. 1. Pet. 1. v. 14, 15.*

3. Orationem debere fundi, non tantum pro nobismetipsis, sed & pro omnibus hominibus; Ex *textus explanatione satis liquet*, quod & ipse Christus luculenter monstrat, in *oratione* Discipulis commendatâ, quæ propterea *Dominica* dicitur; *Pater noster*, -panem nostrum quot. da nobis -demitte nobis, debita nostra, &c. *Apprecabimur* ergo ante omnia, Nobis & omnibus Hominibus, (1) Veram Dei cognitionem, *Job. 19. v. 3. 1. Pet. 1. v. 2, 3. Eccl. 1. v. 18.* Fidei salvificæ donationem, *Job. 6. v. 29, 65: Eph. 2. v. 8. Phil. 1. v. 29.* (3) Spiritus S. largitionem, *Luc. 2. v. 25. Eccl. 11. v. 13. Act. 10. v. 44, 45.* (4) Omnimodam benedictionem, *Psal. 5. v. 11, 12. Eccl. 11. v. 12-15. Eph. 1. v. 3.*

Nec hoc tantum, sed & *Deprecabimur* omnia, quæ nobis & omnibus hominibus obesse videntur, præcipuè autem (1) Cognitionis Dei obfuscationem, *2. Cor. 4. v. 4. 2. Thess. 2. v. 10, 11. 2. Pet. 3. v. 3, 4.* (2) Cordis obdurationem, *Esaj. 65. v. 2. Hebr. 3. v. 12. add. adm. ex Psal. 95. v. 8.* (3) Satanæ illusionem, *1. Reg. 22. v. 21, 22. Marc. 9. v. 20. 1. Cor. 11. v. 14.* (4) Ipsam Maledictionem, *Mal. 3. v. 9. Matth. 11. v. 21, 22, 23. Eccl. 25. v. 41.*

4. Imprimis autem orabimus pro Ordinario nostro Magistratu, REGE nostro Clementissimo, (est enim devota pro Rege oratio, primaria pars *Honori*, qui in quarto præcepto erga Magistratum nobis commendatur.) Oremus ergo sollicitè pro REGIS nostri Clementissimi vitâ & longævitate ex *Dan 6. v. 21. Bar. 1. v. 11.* Pro protectione & auxilio precum ejus, ex *Psal. 20. v. 2, 4, 5.* Pro auxilio ei à Deo ferendo, *1. Reg. 8. v. 57, 58. Psal. 20. v. 3.* Ut Deus ipsi ex alto benedicere velit. *Gen 47. v. 8, 10. Psal. 115. v. 12, 14, 15.* Atque sic non tantum Regi, sed & nobismetipsis benè cedet, *Jer. 29. v. 7.* Pro REGINA Vidua, Regina nostra Clementissima, etiam rogabimus Deum ter Opt. Max. ut ille, qui est *Deus omnis Consolationis*, *2. Cor. 1. v. 3.* dignetur eam consolari & ab omni malo clementer conservare, *Psal. 131. v. 7.*

Pro

580
Pro serenissima Augustissimi Regis conjugē, Regina nostra Clementissima orabimus ut sit vita ejus diuturna & felix, *Psal* 91: v. 16. ut exaudiat Deus preces ejus, 2. *Chron.* 6. v. 42. ut per eam porro thronus Regius potentiss. floreat, *edificetur*, & firmetur, *Ruth.* 4: v. 11. *Reg.* 11: 36, 37. ut ipsa denique celebretur, *Psal.* 21. v. 6. Pro serenissimo Regni Principe hæreditario CAROLO XII. continuabimus vota ante biennium inchoata ex *Psal.* 72: v. 1. adde *1 Reg* 3: v. 9. ponat cum Deus ut annulum signatorium, *Hagg.* 2: v. 14. adde *Proverb.* 20. v. 28. Reliquæ serenissimæ Regi proli Divinam gratiam & tutelam vovebimus, *Psal.* 45: v. 16. Precabimur quoq; ut Deus, qui Deus salutis est nostræ, (*Pf.* 17: v. 47:) velit Serenissimam Reginam CHRISTINAM in viam salutis, arctam illam viam, quæ ducit ad vitam æternam, *Matth.* 7: v. 14. restituere. Protege, ô alme Deus Illustrissimum Ordinem Senatorium, omnes qui eminentia constituti sunt: ut omni fidelitate, prudentia, æquitate & pio Zelo REGI adsint, ut *in justitia firmetur Solium Regis.* *Prov.* 16: v. 12. Benedic ô mitissime Deus omnibus Regni Ordinibus, *ut sint Benedicti à Domino,* *Pf.* 115: v. 15. *ut placidè & quietè vivant.* *b. l. vers.* 2. Tuere ac defende, Omnipotens Deus, Regnum nostrum ab omni hostili irruptione *did. ex Esa.* 37. v. 29 Da pacem, da quietam vitam, *did. ex Deut.* 12: v. 10. *Jes.* 21: v. 44. *ut abnegetur omnis impietas.* *Sc.* 1. *Reg.* 8: v. 58. *Tit.* 2: v. 11, 12, 13. 5. *Ex ves.* 3. Cum Pax sit inestimabile Bonum, & singulare Dei Donum, *arque placidè cum pietate & honestate in Pace vivere non tantum nobis utile, sed & Deo gratum sit.* Eja, simus dicto audientes, colamus pacem, *ut sit nobiscum Deus pacis,* 2. *Cor.* 13. v. 11. *did. ex Rom.* 12: v. 18: & 14. v. 19. *& concl. ex 2. Thess.* 5: 23.

CONCIO III.

(Propter causam ante allatam loco nove dispositionis repetitur ea, que ante tredecim annos in hunc eundem textum emissa est)

Parasf. 1. *Thess.* 5: v. 16, 17, 18. Expl. & add. Admonitio ex *Parasf.* CONC. I. anni sup.

TEXTUS, *Esa.* 25: v. 1.

Exord. *Exod.* 15: v. 2. Dicatur breviter, cur Moses talia Epitheta Deo tribuerit, & appl. ad Textum Presentem, in quo notetur:

I. Textus Explicatio, II. Applicatio.

I. Ubi (a) *Quis?* scil. hæc locutus est? Resp. Verba hujus sæculi tribuenda sunt fidelibus in Regno Christi, qui *Cap.* 24: v. ultim. Dicun-

Dicuntur *Seniores*. Talis enim interponenda videtur, inter hæc duo capita, transitio, qualis expresse posita est, v. 9. & dicit in die illâ, scilicet. omnis fidelis: loquitur autem Verf. ult. superioris Capituli, de splendore Regni Christi, cum in hoc tûm in futuro seculo) qui tantus erit, ut, Sol & Luna, ad illum quasi erubescant, *Conf. 2. Cor. 3. v. 8. seqq. & Apoc. 21. v. 23.* Ubi Iominus Zebaoth, h. e. Messias regnabit in monte Zion & Jerusalem, quæ civitas etiam Cœlestem adumbravit Jerusalem, *Apoc. 21. v. 2. & vers. 1. hujus Capituli*, exprimit spirituale gaudium illorum, qui hujus splendoris in regno Christi participes futuri essent: quod gaudium, cum in spiritu præviderit Propheta, ideo illud nomine fidelium, insigni hac *δοξολογία*. depingit.

(β) *Cui?* scilicet locuti sunt fideles, vel ad quem directa est hæc *δοξολογία*; Resp. ad Dominum, qui h. l. dicitur J E H O V A H, quod est Nomen magnum, Nomen benedictum, Nomen gloriosum, Nomen solius Dei, Patris, Filii & Spiritus Sancti. *Conf. Exod. 3. v. 14. Apoc. 1. v. 4.*

(γ) *Quid?* nimirum Jehovæ tribuant? Resp. *Laudes*, (1) Collocantes in eo omnem fiduciam dicendo, *Deum meum Tu*, h. e. Creator, *Job. 14. v. 15.* Redemptor, *Esa. 54. v. 5. Luc. 1. v. 47.* Sanctificator, *Ezech. 36. v. 25. & 37. v. 28.* Protector, *Esa. 41. v. 10.* à quo omne donum bonum, *Jac. 1. v. 17. &c.* (2) Deum exaltantes; *exaltabo Te*, h. e. gloriam tuam illustrabo, celebrabo & glorificabo, *Psal. 30. v. 13. & 57. v. 9.* (3) Nomini ejus confitentes; *Confitebor Nomini tuo*. Intelligitur autem per *Nomen Dei*, (a) ipse Deus, *Psal. 9. v. 3.* (b) quicquid nobis de essentia & voluntate Dei patefactum est, *Act. 9. v. 15.* (c) mandatum Dei, *Jer. 14. v. 14.* (d) Dei majestas, *Psal. 8. v. 1.* (e) cultus Dei, *1. Sam. 17. v. 45.* (f) Divinum auxilium, *Psal. 20. v. 8.* (NB. Epitheta Dei, quod Deus dicitur bonus, omniscius, omnipotens, omniprævens, verax, &c. in Dei cognitionem nos quodammodo deducunt) Hæc omnia se extollere, hic fidelium nomine promittit Propheta.

(δ) *Cur?* Quia (1) *Fecisti mirabilia*. Notandum autem quod *mirabilia* latius patant quam *miracula*: illa enim dicuntur, quæcunque rationis humanæ captum excedunt, sic mirabilis est Dei sapientia, potentia, mundi gubernatio, conservatio; Hæc verò quæ communem naturæ cursum excedunt, quæ quidem hic in genere indigitari possunt; sed præcipuè intenditur illud *mirabile*, quod Deus deleturus esset Synagogam Judaicam, cum regibus gentilibus verbi sui hostibus, ut patet *ex v. 21. Cap. præced.* (ubi per *Exercitum celsitudinis* intelligitur populus Judaicus, *Conf. Matth. 11. v. 23.* & per *Reges terræ*, Reges

gentium, Ecclesiae hostes, quales Babylonii, *Conf. v. 2. hujus Capitis. Cum Apoc. 14. v. 8. & 18. v. 2.*) Observandum autem quod *vers. 2. & 5. hujus Cap.* loquantur de delendis incredulis, *sed vers. 3, 4, 6. & seqq.* de illuminandis & ad Ecclesiam Dei recipiendis.

(2) Quia *Consilia tua à longè Fides & Veritas*, h. e. Promissiones tuæ, quibus patefecisti nobis æterna tua consilia, de hostium nostrorum deletione, & nostrâ protectione fideles sunt & constantes, *add. ex Nehem. 9. v. 8. Esa. 37. v. 33. v. 37. Luc. 1. v. 68. & seqq. &c.*

II. *Applic. I. ex (a)* More fidelium in regno Christi, quorum nomine Prophetæ laudes Dei decantat, simus semper prompti in laudes Dei, præcipuè hisce diebus, qui precibus & laudibus destinati sunt.

2. Ex (B) Jehovah est semper & ubique præsens. Ergo eum alloquamur, ad eum suspiremus, ei supplicemus. Adde dicta & exempla.

3. Ex (γ) Et quidem (1) nunquam dimoveamur ab ea fiducia, qua dicimus Deus meus es tu; imo re ipsa in omni angustia ostendimus nos in eum omnem fiduciam collocasse.

4. Ex (2) & (3) & nos Deum exaltabimus, nomini ejus confitentes. did. dictis tam citatis quam aliis, & exemplis.

5. Ex (d) Et quidem (1) Considerantes mirabilia Dei & nos excitabimur ad agnoscendam ejus omnipotentiam, paternam curam &c. appl. ad varia, & did.

6. Ex (2) Promissiones divinæ nos semper erigant. NB. quot calamitates? contra quamvis habemus promissiones, exempla comprobantia, non tantum pristina sed & moderna, did. & add. ubique dicta & exempla.

Si que irrepserint sphaemata typographica, pro suo candore corrigat Ben. Lector. Siquidem propter concatenatas occupationes non licuit eâ quâ par erat, accumulatione relegere. B. V.

